

Dilectis filiis. Accademiae Cracoviensi

Urbanus Papa VIII.


Ruthenis catholicis praesidio sit, eisque privilegia conferat.

Dilecti filii salutem, et apostolicam Benedictionem.

Henerabilis Fratris Methodii Episcopi Chel-
mensis Rutheni Uniti pietas, et prudentia
mirifice eluxit, dum ad excolenda iuvenum
ingenia magno republicae commodo scho-
las non ita pridem erexit. Optime enim in-
stitutis gymnasiis, cum bonarum artium
officina sint, arma illa quotidie cudunt, qui-
bus coercetur impietas, Dei gloria propugna-
tur, et communis felicitas custoditur. Adeo
proficuum opus cum diu florere, et maiori-
bus in dies incrementis cumulari exoptemus,

patrocinio vestro illud summo opere commen-
damus, et praecipue petimus, ut quaecum-
que a vobis proficisci possunt privilegia eis-
dem scholis humaniter concedatis. Omnia sa-
ne benevoli erga illas animi documenta
consuetam vestram in Nos observantiam,
in bonum publicum propensionem luculen-
ter testatam facient. Ceterum existimantes
in negotio, ubi plurimam utilitas agitur,
longioribus hortationibus locum ab isti-
us Academiae zelo non relinquere, hoc
a vobis solatium haud dubie expecto-
mus, quibus apostolicam benedictionem
paterne impertimur. Datum Romae apud
sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris,
Die III. Novembris MDCXXXIII. Pontifi-

catus nostri Anno vigesimo primo.



Descriptum, et recognitum ex autographis Regesto Episto-
larum ad Principes f. r. Urbani pp. VIII, an. XXI. pag. 351,
quod adservatur in Tabulariis Secretior. Vaticanis. In quorum
Tabam de IV. Kalendas Junii MDCCCXXXVII.



M. Marini
Tabular. S. R. E. Prefectus

Acta huiusmodi anno regni nostri

Descriptum et receptum a cartographo Rege
Iacobus de ...
quod observatur in tabularum veteris ...
Iacobus de ... MDCCCXXXVI.



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]